

Cap. II. de Phrenitide. 13

rum mixtum, quo pars dolens inun-
genda, tibi commendatum habeas.

CAP. II.

De

Phrenitide.

EX Inordinatâ dispositione
cerebri & affectione spirituum,
quâ animæ occasio denegatur I-
dæas sive impressiones cognoscendi, fit
mentis alienatio, quæ dicitur *Desipi-*
entia, unde perversum adest rationis
regimen, imaginantur enim laboran-
tes sibi illa, quæ vel non sunt, aut lon-
gè aliter se habent; dolores quoque
præsentés non sentiunt, quia mens la-
borat. Est verò desipientia *alia cum fe-*
bre, alia sine febre; quæ cum febre exi-
stit *Phrenitis* dicitur ἀπὸ τῆς φρενὸς
i. e. à mente, quam læsam videmus,
vocamus etiam ὄψυ & διάνοιαν i. e. in-
tellectum & intelligentiam. Gal. pror-
reht. I. text. 4. Germanis *die*
Haupt-Schwachheit. Distinguitur
nunc *Phrenitis in exquisitam & non ex-*
quisitam

Vnde de-
sipientia.

Quid sit.

Et quatuor-
plex sit.
Phrenesis
quæ est

quis

14 Prax. Chymi atr. Sect. I.

Vel ex-
quisita.

vel non
exquisita

Causa
Galen.

In quan-
tum con-
veniat
eum Her-
metica.

quisitam. Exquisita est, quæ in loco ge-
neratur i. e. qui primo afficitur locus
cerebrum fit & semper perdurat. Non
exquisita, quæ à Tralliano Paraphren-
tis appellatur & fit per consensum, nec
continè perdurat, sed conquiescere &
cessare solet.

Causam Phreneseos Galenici san-
guinem biliosum ex arteriis mayo-
ribus in minores, ex minoribus in
minimas & demum porositates ce-
rebri ejusque membranas propulsum,
dumque ibi transitum ad venas per si-
nus in venire nequit, inflammationem
sive quiete, dum circulatione suâ
debita privatur, producentem statuunt,
cum quibus Chymici in causâ proxi-
mâ consentiunt, in antecedentibus ve-
ro differunt, ut ex sequentibus patet. Pa-
racellus tom. 1. lib. 2. paramiri de o-
rigine morborum ex tribus substantiis
cap. 4. p. m. 45. ait, Maniam, Phre-
nesin generari ex sublimatione Mercurii.
& lib. 10. paragraph. de capitibus ad ver-
sitatibus internis, paragr. 3. p. m. 471
Phrenesin generari ex oppilatione; In
tertia, inquit, specie, qualis oppilatio,
tales morbi, graves scilicet ut ma-
nia, phrenesis & insania species, jux-
ta sua

Cap. II. de Phrenitide 15

za sua partis oppilationem, per calidum aut frigidum resolutum aut coagulatum. lib. 1. cap. 3. de viribus membror. p. m. 318. Phrenesin generari ex oppilatione spiritus vite, Et hanc ponit causam proximior, sublimationem Mercurii antecedentem, ne sibi ipsi dissentire videatur, quod & explicat loco modò citato, ex sublimatione Mercurii obstructionem generari, ex obstructione spiritus vite oppilationem, undè in cerebro putrefactio & inflammatio, & cum jam spiritus suffocatio adsit. totum corpus febrili paroxysmo percuti. lib. paragraph. de morbis vermium in expositione textus paragr. 2. c. f. notat; In anatomia cerebri reperitum esse vermiculum, qui piam & durum matrem transfoderat, unde Phrenesis generata. Prognostica ut brevitati studeamus omittimus, obiter tamen notamus, urinam plumbeam & viridem esse lethale signum, & quibus urinae emittantur clarae limpidae & aquosae rarissimè salvari. Crisis verò fit ut plurimum per sudorem, vel per hæmorrhagiam narium, vel per hæmorrhoidum apertionem, quandoque per derivat-

Prognosis.

Crisis.

16 Prax. Chymiatr. Sect. I.

rivationem materiae ad loca post aures glandulosa.

Curatio

1. per vomitoria.

2. anodyna.

3. diaphoretica.

Curatio est festinanda antequam materia peccans figatur, quam primum igitur Vomitorium idque quod fortius agat & quo unico causam morbi tolles exhibeto (mihi in usu est tale, & Antimonii & Nitri fixi part. æq. sublima in cucurbitâ flores, quos seorsim ad usum quemvis serva, quod in fundo remanet fixum edulcora. Dos. à gr. x. ad xvj.) Post anodyna, quorum Syndromen vid. cap. præcedente, & inter alia præcellit Laudanum Theophrasti. Ad hæc diaphoretica & de obstruentia, continuando per aliquot dies, Ceræunocryson cum Mercurio microcosmi exaltatum, Cinnabar. Antimonii, Bezoard. minerale, lunare, Antimonium diaphoret. Sulphur auratum ex minera Vitrioli, cujus processus talis & Minera Vitrioli, quam vulgò Ycfens vocant & Meg-Allmerodæ (gros Allmeroda) quæ Hassiæ inferioris vicus est 2. Milliarib. à Castellis, copiosè in argilla reperitur calcinata, Not. quod radiis solaribus exposita, non igne, calcinetur, affunde aq. pluvialem, coque, fil-

Cap. II. de Phrenitide. 17

tra, ad dimidiam inspissa, & debita evaporatione Chrystalli Zari sine, Chrystallos hos iterum solve, s. lutos precipita cum oleo tartari guttatim affuso aut spir. urinæ in Sulphur Vitrioli, quod sublimando aliquoties fige & habebis pulverem preciosissimum. Quod si ulterius progredi volueris: Sulphur hoc sublimatum cum parte dimidiâ salis vitrioli puri misce & per retortam igne suppressionis validissimo destilla & oleum rubrum prodibit, cui affunde aliquid aceti destillati & spadicei coloris pulvis precipitabitur, ex quo benè edulcorato cum spiritu vini dulcissimam sulphuris vitrioli essentiam extrahere ad multos affectus laudatissimam. Alii curam subitanæ adscribunt spirie. de terra sigillata. Denique Cerebrum Tinctura luna, Balsam. Sulphuris, extract. Croc. orient. liquor. Vitrioli spir. Salis, &c. erit confortandum. In hoc affectu ægroto ne unicus etiam haustus concedatur vini, nec cerevisiæ validioris, sed potus sit aqua fontana aut hordei, addito Nitro purificato aut Vitrioli Spiritu.

Essenti
vitriol.

q. Cerebrum
confortantia &
putredini
resistentia.

B

In

18 Prax. Chymiatr. Sect. I.

*Aurum
fulmi-
cians.*

Inter cætera medicamenta paulò
antè posui *Ceraunocryson diaphoretic-
um*, quod cum *Mercurio Microcosmi*
exaltari debeat. Est autem illud Græ-
cum nihil aliud quam *Aurum Fulminans*
& præparatur sequenti modo: ℞. *Auris
Hungarici per Antimonium purificari,*
℥. v. dissolve in sufficiente quantita-
te aq. Regis, solutioni infunde ol. tar-
tari aut aquam salsam communẽ, usq;
dum calx auri ad fundum descendat
& menstruum limpidum omne absor-
ptum aurum reddidisse videas, quod
per inclinationem separa & calcem
auri aquâ pluviâ destillatâ benè e-
dulcoratam perse in hypocausto vel
aëre sapissimè spatulâ ligneâ agitando
exsicca, quam primum enim calorem
excedentem sentit, incenditur & ma-
gno fragore partes subjectas conquas-
sat & hoc est aurum illud fulminans.
Cujus ℞. gran. iij vel jv. in cochlea-
ri argenteo & affunde spiritum vi-
ni optimè rectificatum, quem sub vi-
tro amplioris orificii accende, ubi con-
sumto spiritu vini *ceraunocryson ful-
mi-*

Cap. II. de Phrenitide. 19

minaverit, pars quadam ad latera
vitri sublimabitur. Hoc pro sufficiente
quantitate, quam desideras, repete &
vitrum cum spiritu vini lava, sine
calcem residere eamque exsicca. Hoc
est aurum diaphoreticum, cujus dosis à
gran. j. ad iij, quod si, cum Mer-
curio Microcosmi, quem vid. cap.
v. in minori phiolâ sublimaveris,
habebis sanè ymedicamentum auro
porabili succedaneum. Vel ꝑ. Auri
fulminantis & cum dimidiâ parte
sulphuris in crucibulo misce & accen-
de, quod vim fulminantem ipsi adi-
met; post, primum igne lento, dein
fortissimo ad horam j. reverbera, ut
aurum evadat levissimum, & hoc
sublimare poteris, uti dixi, in phiolâ
optimè clausâ asservandum, quod ta-
men semper majori vi operabitur,
si recens factum adhibeatur.